BIBLIA SACRA

IUXTA VULGATAM VERSIONEM

ADIUVANTIBUS

BONIFATIO FISCHER OSB, IOHANNE GRIBOMONT OSB,

H. F. D. SPARKS, W. THIELE

RECENSUIT

ET BREVI APPARATU INSTRUXIT

ROBERTUS WEBER OSB

EDITIO ALTERA EMENDATA

TOMUS II

PROVERBIA – APOCALYPSIS

APPENDIX

WÜRTTEMBERGISCHE BIBELANSTALT

STUTTGART

ORDO LIBRORUM VETERIS TESTAMENTI

PENTATEUCHUS id est GENESIS · EXODUS · LEVITICUS · NUMERI · DEUTERONOMIUM

IOSUE · IUDICUM · RUTH

SAMUHEL · MALACHIM seu REGUM

VERBA DIERUM seu PARALIPOMENON

EZRAS

TOBIAS

IUDITH

HESTER

IOB

PSALMI

LIBRI SALOMONIS id est PROVERBIA · ECCLESIASTES · CANTICUM CANTICORUM

SAPIENTIA

SIRACH seu ECCLESIASTICUS

ISAIAS

HIEREMIAS · THRENI seu LAMENTATIONES · BARUCH

HIEZECIHEL

DANIHEL

XII PROPHETAE qui sunt OSEE · IOHEL · AMOS · ABDIAS · IONAS · MICHA · NAUM · ABACUC · SOFONIAS · AGGEUS · ZACCHARIAS · MALACHI

MACCHABEORUM

ISBN 3 438 05302 0

Vulgata

© 1969 Württembergische Bibelanstalt Stuttgart

Zweite, verbesserte Auflage 1975

Herstellung Biblia Druck Stuttgart

Alle Rechte vorbehalten

Printed in Germany

INCIPIT PROLOGUS HIERONYMI IN LIBRIS SALOMONIS

Cromatio et Heliodoro episcopis Hieronymus.
Iungat epistula quos iungit sacerdotium, immo carta non dividat quos
3 Christi nectit amor. Commentarios in Osee Amos Zacchariam Malachiam-
que poscitis; scripsissem, si licuisset per valitudinem. Mittitis solacia sump-
tuum, notarios nostros et librarios sustentatis, ut vobis potissimum nostrum sudet in-
6 genium. Et ecce ex latere frequens turba diversa poscentium, quasi aut aequum sit me
vobis esurientibus aliis laborare, aut in ratione dati et accepti cuiquam praeter vobis
obnoxius sim. Itaque longa aegrotatione fractus, ne penitus hoc anno reticerem et
9 apud vos mutus essem, tridui opus vestro nomini consecravi, interpretationem vide-
licet trium Salomonis voluminum, Masloth, quas Hebraei Parabolas, vulgata editio
Proverbia vocat, Coeleth, quem graece Ecclesiasten, latine Contionatorem possumus
12 dicere, Sirassirim, quod in nostram linguam vertitur Canticum canticorum.
Fertur et πανάρετος Iesu filii Sirach liber, et alius ψευδεπίγραφος, qui Sapientia
Salomonis inscribitur. Quorum priorem et hebraicum repperi, non Ecclesiasticum ut
15 apud Latinos, sed Parabolas praenotatum; cui iuncti erant Ecclesiastes et Canticum
canticorum, ut similitudinem Salomonis non solum librorum numero, sed et materi-
arum genere coaequaret. Secundus apud Hebraeos nusquam est, quin et ipse stilus
18 graecam eloquentiam redolet; et nonnulli scriptorum veterum hunc Iudaei Filonis ad-
firmant. Sicut ergo Iudith et Tobi et Macchabeorum libros legit quidem Ecclesia, sed
inter canonicas scripturas non recipit, sic et haec duo volumina legat ad aedificatio-
21 nem plebis, non ad auctoritatem ecclesiasticorum dogmatum confirmandam.
Si cui sane Septuaginta interpretum magis editio placet, habet eam a nobis olim
emendatam; neque enim sic nova condimus ut vetera destruamus. Et tamen, cum dili-
24 gentissime legerit, sciat magis nostra intellegi, quae non in tertium vas transfusa co-
acuerint, sed statim de praelo purissimae commendata testae suum saporem servaverint.

EXPLICIT PROLOGUS

Prologus. *Citantur* GCA *et* ΣZTSMΦ *ac* c(*edd.* 1593 *et* 1598)r. *Tit.* eiusdem praefatio in libros salomonis c | 1 cromatio — hieronymus *om.* c; + presbyter G | 3 malachiam quae CTSMΦ; malachiam quos c | 4 prae ualitudine ΣSΦc | 5 desudet Φc | 7 esurire et aliis GCZTM | praeter uos GAΣZMΦc | 9 triduo C | ~ nomini uestro c | 10 masloth] misle c. *charact. hebr.* | uulgata + autem c | 11 quem] quod ASMΦ | 12 in nostra lingua Φc | 14 scribitur GCΣ | et *om.* CΣc | 16 et] etiam GΦc; *om.* C. | 17 numquam G | quin cr.] quia *cet.* | 18 hunc + esse Φc | 19 tobin T.; tobiae c (*et fort.* G*Z*); tobiam S | quidem + eos SΦ | sed + eos c. | 20 legit AZSM; legant G. | 22 si cui] sicut AZ | sane *om.* GCAZ | 23 ~ noua sic c. | condimus] cudimus CΣMc | 24 nostram GS.; + scripta c ||

GCA ΣZTSMΦ cr